

## LIII.

81

**S** ipsa voluerit. At illud qualiter? Ad enim simpliciter nec leui (vt assolet) comonitione prohibite sunt: sed omnino noua et insuetata contestatione per capreas. scilicet cervosque camporum. Duo quidem genere ferarum: videntur mihi satis congruenter expresse sancte anime etate corporibus. simul et cum deo sunt angeli. Namque propter acumen visus et saluus celeritate. Vtriusque hoc siquidem vtriusque spiritibus conuenire cognoscimus. nam facile et petunt summa et intima penetrant. Quorum quibus in campis designata pueritatio euidenter liberos atque expeditos signat in contemplatione discursus. Quid sibi vult ergo adiuratio facta per istos? Profecto ne inquiete adolescentule audiat leui et causa euocare dilectam a tam reuerendo collegio: cui absque dubio torrens admisceat quoties contemplanando quos offendat pariter cum matre inquietat et minime ita materna de charitate confidant: vt non in illum celestes conuentum sine magna necessitate irruere veantur. Id quippe se agere cogitet quotiens in contemplatione quiescenti plus iusto moleste sunt. Ponit sane in voluntate ipsi et vacare sibi et cure illarum intendere. prout oportere iudicauerit. cum vetaf exercitari ab illis quousque ipsa velit. Nouit sponsus quantum flagret dilectione. etiam erga primos spouosa. et satis propria charitate sollicitari mifer de profectibus filiarum. nec se illo pacto illi subtrahatur seu denegatur quantum et quatenus opus fuerit. proptereaque secure discreti et credenda censuit hanc dispensationes. Ad enim est talis quales multos videmus prophetica inuentione notatos. quod crassum est et forte assumptes. quod debile est. pugnans. Nunquid medicus valentes requirit. et non potius egrotantes? Si contingat. facit forsitan vt amicus. sed non vt medicus. Quos docebis magister bone si omnes indoctos repuleris? Quibus queso habebis diligentiam discipline si indisciplinatos vel effugaueris omnes vel fugeris? In quibus obsecro tua probabis patientiam si solos admiseris mansuetos: inquietos excluderis?

**S**unt tamen de hic sedentibus qui vnam pensens capitulum attentius obseruaret. Loquuntur certe quanta propositis reuerentia de

beatur. quos temere inquietando celi quocumque ciuibus se reddunt infestos. et nobis forte plusculum solito parcere demum incipient. nec tam irreuerenter leuiterque se iam ingererent cum vacam. Rara satis mihi ad ferendum a supuenientibus (vt bene notum) conceditur hora. etiam cum ipsi me in officii patientia sustinebant. Verum ego scrupulosus moueo istiusmodi querelas. ne quis forte pusillanimitas super vires proprie patientie dissimulet a necessitatibus suis. dum me inquietare veret. Super se deo igitur ne magis impatientie exemplum videat dare infirmis. Pusilli domini sunt credentes in eum. non patior vt ex me scandalum pariant. Non vtar hac potestate. magis autem ipsi me vtatur vt liberem vt salui fiant. Parceret mihi si non pepererint. et in eo potius quiescat si non me inquietare timuerint. pro necessitatibus suis. Seram eis morem quoad potero. et in ipsis seruam deo meo quod diu fuero in charitate non ficta. Ad queram que mea sunt. nec quod mihi est vtile. sed quod multis id mihi vtile iudicabo. Hoc solum deprecor vt fiat acceptum eis fructuosumque ministerium meum. si forte vel ex hoc inueniam in die mala misericordia in oculis patris corum simul et sponsi ecclesie Iesu christi domini nostri qui cum eo est super omnia deus benedictus in secula Amen.

Sermo. liii.

**Q**uod dilecti mei. Videns sponsa nouam adolescentulam verecundiam verecundum timorem. quod se de nouo cepissent non audere se ingerere sancto ocio ipsi. nec sic heri et nudius tertius moleste fieri quiescenti in contemplatione presumere. agnoscit hoc sibi puenisse cura et opera sponsi et exultans in spiritu siue per illarum profectum quod a nimia et superflua in detudine conpescunt. siue per sua deinceps futura liberioz dete. siue etiam per dignatione et fauore sponsi adeo per hac ipsa et quod ere zelantis: et raro studio defensans suauissima octa sua. imo studia feruentissima. ait se facere vocem dilecti sui huius rei gratia factam ad illas. Etenim his quod alius pesti sollicitudine: vix vnquam vel raro secure vacat sibi dum semper timer sui penuria; facere subditis. et non placere deo quod communi vtilitati propria fert dete et contemplationis dulcedies.